

# Mythologia, Venise, 1567 - II, 06 : De Vulcano

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[11-12\] : De Vulcano](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II**

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 06 : De Vulcano](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II**

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 07 : De Vulcan](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II**

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 06 : De Vulcain](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - II, 06 : De Vulcano, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 02/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/808>

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4  
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination45v°-49v°

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Vulcain](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

## Mythologia.

- agitatione superiorum proueniat. Qui enim potest aer aliquid ad ortum eue care, nisi solis, æthereque regionis calore concitatus istud ipsum efficiat? Quippe cum litigium & amicitia non solum principia huius ortus & interitus rerum, ut sapiens credidit, verum etiam omnia nata conferuent; quibus suas vires æquè impertiuerint. Martis soror Hebe esse dicitur, quoniam vberitas rerum omnium, & fertilitas agrorum ex eiusdem aeris temperamento oritur, ex quo etiam bella, & illorum omnium deuastationes. Mars præterea bonitate regionum alitur, cum nemo prope de sterili & inope regione contendat. Quod autem etiam lactucis agrestibus Iuno facta est gruida, quid aliud significat, quam ex ipsa aeris temperie natam fuisse Heben? Iuno ubi est conuulso accepta ab Apolline in domum Iouis, nimio calore solis exarsit, ac ætheris; quare agrestes lactucas, quæ frigidæ sunt comedit, ac sic prægnans. Quis non videat per hæc aeris temperiem significari? qui ubi plus æquo incaluerit, frigus experit & symmetriam ad res generandas. Inde nascitur Hebe, quæ iuuentuti tam plantarum quam animalium præest. Hæc ubi lapsa fuisset dum ministraret, pudendasque partes superis ostendisset, priuata est à Ioue eo munere quod propter pulchritudinem obtinuerat: hoc quid est aliud, nisi cum folia deciderunt arboribus iuuentutem & honorem plantis delabi; quæ si cum priore conditione comparentur turpes sunt, & parum decoræ. Eo tempore Ganymedes in eius locum subrogatur, qui nihil aliud quam hyemem significat, quæ dicta est etiam à pluuiis; quare & in Aquarium signum denique Ganymedes conuersus est. Hæc ea sunt, quæ mihi spectare videbantur ad naturales rationes. Quod attinet ad mores, ita intelligendum censeo, gratiam atque fauorem principum rem esse inconstantissimam, quippe quibus aliud pulchrius alio tempore appareat: neque vlla res est illis tantopere incunda, cuius non breui tempore nascatur satietas. Hæc leuitas in illis est præcipuè principibus, qui fortunæ ornamentis cæteris præstant hominibus, at prudentia animi illorum vulgo adæquatori: nam facultatum copia multos facit insipientes. Apud sapientes vero principes
- 40 omnia torpido vel exterorum vel familiarum potest animum vel beneuolentissimum alienare: quia pulchritudo omnis ad integritatem morum & æquitatem & innocentiam transferenda est, sine quibus virtutibus omnino est ex oculis viri boni remouenda. Ac de Hebe satis; nunc de Vulcano dicamus.

De Vulcano.

Cap. VI.

**V**ulcanus, sicut dictum fuit, Iunonis fuit filius, ut testatur Hesiodus in Theogonia;

40 *Ἰὼν δὲ φρεσὶν ἀλυστὴν τὴν φησὶνται γενέσθαι* Iunone.

Vulcanum peperit Iuno coniuncta in amore Præstantem.

Hunc, ut dictum est, quidam voluerunt subuentaneo conceptu fuisse genitum sine patre, quem tamen Homerus à patre Ioue Iunoneque matre natum esse putauit. Neque enim fieri potest ut natus sit sine maris desiderio, ut ostendatur, neque fieri potest rursus ut frustra Iuno marem tantopere cupierit. Sed audiamus quem admodum incredibili prope furore & desiderio maris concitentur feminæ, quæ subuentaneos concipiunt;

*ἢ οὐκ ἔστιν αὖτις ὅτε* Continuoque audis ubi subdita flamma medullis,

Vere

Vere magia (quia vere calor redit ossibus) illæ  
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,  
Exceptantque leues auras, & saepe sine vllis  
Coniugiis vento gravidæ.

Num tantum maris desiderium frustra Iononem innasit? & infelicissimam  
Iunonem, si neminem neque Deorum, neque hominum invenire potuit, cum  
adeo stimulis libidinis agitaretur, qui suo desiderio satisfaceret. Fuerunt qui  
dixerint Vulcanum Iouis fuisse filium, qui cum deformis natus esset, fertur  
à Ioue in insulam Lemnum præcipitatus, ut ipse de se ipso cellatur apud Ho-  
merum in primo libro Iliadis;

ἄλλ' ἄρα καὶ ἔπειτα τὸν Ἰωνὸν ἔπεισε  
Ἰὼν, ὅτι δὲ καὶ αὐτὴν δὲ τὸν Ἰωνὸν ἔπεισε.  
Περὶ ἧμερ φέρων, ἡμεῖς ἡλὶος κατὰ ποταμὸν  
καὶ ποταμὸν ἐν ἡμέρῃ, ἔλθον δὲ τὸν Ἰωνὸν ἔπεισε.

Me quoque de cælo pede iecit Iupiter olim,  
Contra illum auxilium misero ut mihi ferre pararem:  
At ego cum cælo, Phæboque cadente ferebar;  
In Lemnum ut cecidi, vix est via vlla relicta.

Quod autē diu fuerit in Lemno Vulcanus Iunonis Iouisque filius, ita scri-  
psit Cicero lib. 3. De natura Deorum; Volcani item, primus cælo natus,  
ex quo Minerva Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici  
esse voluerunt. Secundus Nilo natus Opas, ut Aegyptii appellant, quem eu-  
stodem esse Aegyptii volunt. Tertius ex Ioue, & Iunone, qui Lemni fabricæ  
traditur præfuisse. Quartus Menalio natus, qui tenuit insulas propter Sici-  
liam, quæ Vulcani nominabantur. Verum Lucianus in dialogo de Sacrifi-  
ciis fabulam hanc non sine risu recitat, quod Vulcanus ita fuerit à cælo præ-  
cipitatus; καὶ οὕτως γὰρ αὐτὸν εἶπε τὸν Ἰωνὸν, ἔπεισε, ἡμεῖς ἡλὶος κατὰ ποταμὸν  
καὶ ποταμὸν ἐν ἡμέρῃ, ἔλθον δὲ τὸν Ἰωνὸν ἔπεισε. Claudum factum esse inquit  
ab eo casu, cum de cælo fuit à Ioue præcipitatus: ac nisi Lemni recte fa-  
cientes, cum ferretur adhuc, illum excepissent, mortuus esset omnino nobis  
Vulcanus, tāquam Assyriax cū cecidisset è turri. At Homerus in hymno,  
quem scripsit in Apollinem, non à Ioue, sed à Iunone Vulcanum se præcipi-  
tatum fuisse de cælo dicentem introducit, ac in mare decidisse, fuisseque nō  
à Lemniis, sed à Theride educatum, ut pater ex his;

Πατρὸς ἡμεῖς ἔφαθ' ὅτε φρονεῖ πῶτος, ὅτι τὸν αὐτὸν  
ἦν ἀπὸ χειρὸς Ἰουὸς καὶ Ἰωνὸς ἔπεισε ἰὺν ἡμῶν.  
Ἀλλὰ τὸν ἔπεισε φρονεῖ πῶτος ὅτι τὸν αὐτὸν  
ἔπεισε, καὶ πῶτος ὅτι τὸν αὐτὸν ἔπεισε.

Ipse meus natus claudus Vulcanus, ego ipsa  
Hunc peperì, manibus capiens & in æquora ieci.  
Filia mox cepit Nere; Thetis alma marini,  
Germanasque adiit, quibus hunc portavit alendum.

Alii dixerunt fuisse à similiis educatum. Neque mirari convenit, si cum de  
Ioue superius loqueremur, paucos filios illi tribuimus, cum præter supra-  
dictos Mercurius quidam, & Venus, & alii nonnulli eius filii extiterint: quo-  
niam ita obscuri fuerunt, ut eorum nomina pene deleta & extincta sint eo-  
dem quo vita die. Memorie prodidit in Atticis Pausanias, Vulcanum iniu-

## Mythologiæ.

fix acceptæ à matre minime oblitum auream sellam cū occultis quibusdam  
vinculis dono matri misisse, quæ Deam, cum affecisset, statim implicaue-  
runt, quod etiam Plato innuit in secundo de rep. *qui τὴν θεῶν ἀρχὴν, ἵππὸς τῶν θεῶν  
ἀποκρίσας ἀποκρίσας, ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν, ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν.* Atque  
poetæ cogendi sunt ut moderata utantur oratione, ut Iunonis vincula à fi-  
lio, & à patre Vulcanum delectum. Hæc vixorem Vulcanus Aglaïam vnā  
à Græciis, ut ait Isacius. Communior tamen est hominum sententia, quod Ve-  
nerem à Lemno duxerit: quare Virgilius eam vixorem Vulcani nominavit  
hoc pacto in octavo Aeneidos.

10

At Venus haud animo nequidquam exterrita mater  
Laurentumque minis, & duro mora tumultu,  
Vulcanum alloquitur, Thalamoque hæc coniugis aureo  
Incipit, & dictis diuinum inspirat amorem.

Hunc Deum facem ferre in nuptiis inquit Euripides in Troadibus, cum faces  
accensæ ad nuptias afferri solerent, ut patet ex his;

*ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν, ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν.*

In nuptias mortalium Vulcane fers Faces.

20

Certamina currentium præterea cum accensis facibus in honorem Vulca-  
ni celebrabantur, quæ dicebantur Lampadophoria, de quibus ita mentionē  
fecit Herodotus in Vrania; *ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν, ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν.* Ut apud Græcos Lampadophoria, quæ in honorem Vulcani pera-  
gunt. Iste horum certaminum consuetudo ut currentes summo studio cona-  
rentur accensas faces ad metam vsque deferre: at cui fax esset extincta, il-  
le cum infamia cessabat à cursu. Si quis cum accensa face fuisset à sequen-  
te superatus currendo, lege certaminum cogebatur sequenti accensam lam-  
padem tradere; quam rem indicauit Lucretius in lib. 2. ita scribens;

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.

30

Nam si quis recte consideret, huic certamini simillima vniuersa vita morta-  
lium videbitur. Fuit autem ea de causa certamen Vulcano cum igne institu-  
tum, quod is ignem inuenisse à nonnullis creditur, ut testatur Zexes in histo-  
ria 335. decimæ chiliadis, his versibus;

*ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν, ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν.*

*ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν, ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν.*

*ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν, ἵππὸς δὲ ἀποκρίσας τὴν θεῶν ἀρχὴν.*

Vulcanus quidam Aegyptius temporibus Noe,

Qui Noe, & Dionysius, & Osiris vocatur,

Inuenit ignem, & artes ex igne quot sunt.

40

Et quamuis multi fuerint Vulcani, nos, sicuti de Ioue loquentes fecimus,  
omnes vni res gestas reliquorum tribuentes, communem scriptorū opinio-  
nem sequemur; qui solum serè Iunonis & Iouis filiū nominare solent. Neq;  
enim vulcum differre putamus ad suscepti laboris utilitatem, hicne an il-  
le huius nominis hoc vel illud fecerit, modo factum fuisse dicatur à Vulca-  
no. Non enim historicas narrationes, aut res gestas nunc scribimus; sed anti-  
quorum fabulosa figmenta explicare contendimus. Veruntamen neque il-  
lud est sine controuersia, quod Vulcanus ignem primus inuenerit; cum illius  
inventionem nonnulli Prometheo ascribant, ac Lucretius multo his pro-  
babiliorē inuenti ignis rationem attulit in lib. 5.

Illud in his rebus tacitus ne forte requiras;

Fulmen

Fulmen detulit in terras mortalibus ignem  
Primitus; inde omnis flammarum diditur ardor.  
Illud fortasse cōcigit q̄ igne ita inuēto primus Vulcanus eas artes, quæ hūc  
per ignem, inuenerit: qui cum per ignem durissima metalla in varias for-  
mas diduceret, creditus est igni imperasse, & fuisse ignis Deus, quem ta-  
men succedentibus temporibus ignem etiam esse putarunt, vt sensit Or-  
pheus in eo hymno;

ὦ φῶς, ὦ ἥλιος, μὲν ἄνθρωποι, ἀνὰ πάντας αἰῶνας  
λαμπρῶς φέροντες ἄρ' αὖ φανερὸν ἔσμεν.

Vulcane & præstans, & fortis, flamma perennis.  
Flammatis auris splendens peramabile numen.

10

Verum quid opus pluribus? vt antiquorum consuetudinem intelligamus, &  
quod ii variis nominibus Deorum rem eandem nominarunt, huc ascriben-  
da existimaui carmina quædam ex minore cratere Orphi ad hanc rem val-  
de spectantia; in quibus quid sint Di nonnulli exprimitur;

ἱερὸν δ' ἱερῶν τῶν πάντων ἑρμῆς ἐστίν.  
Νύμφαι ὕδωρ, πῦρ ἕρμης, ἔρως δ' αὖτις.  
ἔ δ' ἐν βάσσῃ Περσεύου μῦθος, ἔ δ' ἐν ἑρμῇ.  
καὶ πάλιν μὲν ἄρ' αὖ, ἡρῆς δ' ἔσ' ἀφροδίτη.  
ἔτι τ' ἐν φιλότητι τῆς θεῆς αὐτῆς,  
ἔν τ' ἑρμῇ ἑρμῆς αὐτῆς καλλίπλοος παῖς.  
καὶ τῶν ἑρμῆς ἐν ἑρμῇ πῦρ φέρεται.  
καὶ τῆς, ἡνί πρὸς αὐτῆς δὴ τῆς τῆς.  
ἔτι δ' ἐν καλλίπλοος Ἀ' πάλιν αὐτῆς τῆς.  
καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῆς, καὶ τῆς αὐτῆς.  
καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῆς, καὶ τῆς αὐτῆς.

10

Nuntius interpres Cyllenius omnibus ipse est.  
Nymphæ aqua sunt, trumenta Ceres, Vulcanus at ignis.  
Est mare Neptunus canentia litora pulsans.  
Mars Bellum, pax alma Venus, mortalibus ipse  
Taurigena, & superis animi, curæque lenamen.  
Corniger est Baccus conuiuia læta frequentans,  
Aurea iusticiamq; Themis, rectumq; tuctur.  
Sol est mox idem contorquens spicula Apollo,  
Eminus & peragens, & Diuinator, & Augur,  
Morborum expulso Deus est Epidaurius. Ista  
Omnia sunt vnum, sunt plurima nomina quamuis.

30

Sic etiam suauissimus poeta Menander Hellas & elemēta ex Epicharmi sen-  
tentia Deum fuisse creditum inquit in his carminibus;

ἡλίου, ἡλίου, ἡλίου, ἡλίου, ἡλίου.  
ἡλίου, ἡλίου, ἡλίου, ἡλίου, ἡλίου.

40

Aquam, Deum, terramq; Solem, si Jera,  
Ventosq; Lunam, ignemq; Epicharmus asserit.

Arque Orpheus in hymnis Vulcanum, Solem, & Lunam, & alia, & lumen  
purissimum atq; æthera ipsum nominauit, vt est in hys;

ἄether, ἄether, ἄether, ἄether, ἄether.

Aether, Sol, lumen purum, idem; sidera, Luna.

Cum

## Mythologia.

Cum igitur Vulcanus artes illas excogitasset, quæ per ignem exercentur ac Deus ignis fuisset creditus, Aetnæ montis cavernas, in quibus magna via ignis subterranei exfluat, Vulcani officinam esse crediderunt antiqui, ubi Ioui fulmina fabricaret, idcirco Agathocles in iis commentariis, quos de arte Ferrariæ Vulcani scripserat, duas fuisse insulas narrat apud Siciliâ, quarum altera Hiera, altera Strongyla vocabatur, in quibus per diem ac noctem ignis assidue emittebatur: cum tamen in septimo Historiarum alterâ fuisse Aeoli, alteram Vulcani dixerit. idcirco Apollonius etiam Rhodius in libro 4. Argonauticorum, ubi de Lipara & Strongyla loquitur, ibi fuisse Vulcani incudes scribit his carminibus;

10

*Ἰατὴρ δὲ Λαυρῶ, Νῆε' Ἀκραιε ἱερὰ τῆς  
χάλας, ὅθεν ποτὶ τὴν ὑπὸ νηιδίῳ  
τὴν ῥύσιν ἀδρεῖ*

Littora, ubi resonant percussæ pondere vasso  
Vulcani incudes, fumiq; exfluat unda.

hanc eandem rem expressit Iuuenalis breviter suavisimè his carminibus in Saryra tertia post decimam;

20

Et priuatus adhuc Idæis Iupiter antris  
Nulla super nubes conuiuia cœlicolarum.  
Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis vxor  
Ad cyathos, & iam siccatæ nectare tergens  
Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.

Nonnulli voluerunt Vulcanum peritissimum fuisse illius diuinationis, quæ sit per ignem, quæ pyromantia à Græcis nominatur, sicuti Nereus habitus est inuentor hydromantix, diuinationis per aquam scilicet. Hic Vulcanus creditus fuit in ea insula Lipara Ioui fulmina facere, uti dicebam: cuius famuli erant Brontes, steropes, ac Pyracmon Cyclopes, ut scripsit Virgilius libro octauo;

30

Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq;  
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis.  
Quam subter specus, & Cyclopus exesa caminis  
Antra Aetnæ sonant: validiq; incudibus ictus  
Auditi referunt gemitus, striduntq; cavernis  
Structuræ Calybum, fornacibus ignis anhelat,  
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.  
Huc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.  
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,  
Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon.  
His informatum manibus iam parte polita  
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo  
Delicit in terras.

40

Ex quibus patet ubi haberet officinam Vulcanus, & qui essent eius ministri, & quod esset eorum officii. fabulantur præterea de Vulcano, quod, ubi arma Ioui aduersus Gigâtes fabricasset, pro suæ diligentix laborisq; mercede Mineræ nuptias expetuit: illi cum Iupiter perpetuo incorruptamq; virginitatem iuratus concessisset, neque tamen huic abnuere posset, quia p Stygiam paludem iurasset, se quidquid peteret esse daturum; Mineram clam

monuit

monuit ut suam virginitatem defenderet, atque huic quod peteret, se concedere dixit. Deinde cum Minerva Iouis monitu Vulcani desiderio ac libidini reluctaretur, Vulcani semen dicitur in terram cecidisse, unde natus est Erichthonius, quod nomen & contentionis & terræ nomen intra se continet. Habuit communem aram cum Prometheo Vulcanus, quia crediderunt nonnulli ignem à Prometheo, at artes per ignem à Vulcano fuisse repertas. Nam cum multo antiquior Vulcano fuisset Prometheus, is idcirco ignifer Titani Sophocle dicitur in Oedipode in Colono;

*Ἰγνὶς ὁ ἀνέστηκεν ἔκ τινος*

10

*Ἰγνὶς ὁ ἀνέστηκεν ἔκ τινος* intus ignifer Deus  
Titan Prometheus.

Memorie prodigii Sophoclis enarrator de Lyfimachide sententia multo antiquiorem fuisse Vulcano Prometheum, atque illius statuam cum sceptro effingi solitam, aramque communem fuisse utrique in base. Homerus præterea in hymno, quem scripsit in Vulcanum, illum fabricandi inventorem una cum Pallade, autoremque putavit, ut patet in his;

*Ἄρα τ' ἔστιν ἀνέστηκεν ἔκ τινος Ἰγνὶς ὁ ἀνέστηκεν ἔκ τινος  
Ἄρα τ' ἔστιν ἀνέστηκεν ἔκ τινος Ἰγνὶς ὁ ἀνέστηκεν ἔκ τινος  
Ἄρα τ' ἔστιν ἀνέστηκεν ἔκ τινος Ἰγνὶς ὁ ἀνέστηκεν ἔκ τινος  
Ἄρα τ' ἔστιν ἀνέστηκεν ἔκ τινος Ἰγνὶς ὁ ἀνέστηκεν ἔκ τινος*

20

Arte mihi clarum Vulcanum dicite Musæ.  
Plurima mortales docuit cum Pallade ut olim  
In terris homines speluncas more ferarum  
Incoluere prius vitantes frigora cœli.

Deinde cum Iupiter pro igne à Prometheo rapto magnas calamitates hominibus machinaretur, hic Pandoram Iouis iussu formavit, ut ait Hesiodus in operibus & diebus cum aquam rigasset, ut est in his.

*Ἄρα τ' ἔστιν ἀνέστηκεν ἔκ τινος Ἰγνὶς ὁ ἀνέστηκεν ἔκ τινος  
Ἄρα τ' ἔστιν ἀνέστηκεν ἔκ τινος Ἰγνὶς ὁ ἀνέστηκεν ἔκ τινος*

30

Egregium iussit Vulcanum spargere lympha  
Continuo terram.

Fabulantur Venerem huius uxorem fuisse, quæ cum maritum ob deformitatem corporis & claudum non magnopere amaret, dum is esset fabrilibus operibus intentus, clam cum Marte bellorum Deo congregiebatur, adulteriumque committebat: Gallumque iuvenem secum Mars adducebat custodē quem relinquebat ad hostium, ut adveniantes nuntiaret, observaretque Solem præcipue, quem maxime omnium Deorum Mars metuebat ne rem Vulcano indicaret propter singularem inter illos amicitiam. ac Gallus fertur in somnum versus fuisse, quare nemine præsciente Sol rem conspexit superueniens, Vulcanoque indicavit. Illud demum supplicii à Marte Gallo illatum est, ut in animal sui nominis verteretur, quare nunc etiam solis exortum insigni vociferatione indicat, quasi Marti significaturus ut solem caucat. ubi sol igitur rem persensisset, Vulcanoque indicasset: is tenuissimum rete ferreum confecit, & circa thorum ita tetendit, ut conspici non posset. Mox utrosque nudos in illo rete implicatos omnibus Diis ridendos exposuit; quam rem explicavit Ovid. in lib. 2. de arte amandi;

40

Fabula narratur toto notissima cœlo,  
Muciberi capti Marsque Venusque dolis.

Quam

## Mythologia.

Quam etiam Horatius multis carminibus complexus fuit in lib. 1. Odissæ. Habitat Vulcanus filius Ardalum, Periphrum, Erichonium, Acua que, & alios complures ex variis seminarum Dearumque congressibus. Atque hæc ea sunt fratre quæ de Vulcano fabulati sunt antiqui. nunc quid sub his ambagibus verborum occultauerint antiqui perquiramus. Atque illud primum, quod est sola Iunone subuentaneo conceptu natus sit Vulcanus, ut ait Plato in Cratylæ, qui *φαιδρος* sive sue luminis præses, fieri omnino non potest. nam præter id quod inauditus est in feminis huiusmodi conceptus, quæ cum Veneris citillationibus infestantur facile medicinam suo dolori inuenire solent, tum si sit ignis Vulcanus, qui ex aere procreatur, ut esse omnium elementorum naturam accepimus à sapientibus, quæ ex sese vicissim oriuntur; certe nulla fieri potest ignis ex aere generatio nisi per calorem, ac superiorum corporum motum. Neque Iuno si consilere possit, & à nulla vi externa calefiat, vllum Vulcanum vel Martem vel Heben esse gignet: quia calor artifex est, marisque locum obtinet in rerum naturalium generatione. quare cum pro igne illo purissimo ac sublimi corpore, quod purissimum est elementorum omnium caput, Vulcanus ex Iunone & Ioue, sive ex aere superiorum corporum motu calefacto nasci dicitur. Idem è celo deictus à patre dicitur, vel, ut alii maluerunt, à Iunone propter deformitatem, quia ignis ille qui in nubibus cogitur cum è crassiore materia conflet, si confertur cum eo qui sublimis est, & in purissima supremaque regione constitutus, crassus est & deformis, & vix dignus ut ignis nominetur. & illa de causa ad impuriorum corporum locum, tanquam ex illegitima possessione depellitur, & vi superiorum corporum, & ab ipsa superioris aeris natura. Hic educatur à Thetide & à marinis Nymphis exceptus, quoniam ex humore & cum illo vniuersa eius ignis materia colligitur. Enimvero cum terra omnium sit diuitiarum mater, auræ sella fingitur, cui Iuno sit Vulcani artificio alligata: hoc quid significat, nisi partem illam aeris, quæ propinquior est terræ, & impurior superiorum corporum motu non agitari, quippe quod intra motuum vertices includatur, sed propè firmam esse & alligatam terræ? non enim facile vi superiorum corporum extenuatur, sed tanquam aquarum stagnum consistit. Vxorem Aglaïam & Venerem habuisse dicitur, quia è calore & humore vniuersa rerum humanarum generatio fit, quorum omnium semper intelligenda est symmetria. Nihil est enim aliud Aglaïa, quam splendor & vberitas rerum quæ calorem ipsi consequitur, quod etiam nomen ipsum significat. Et quoniam nulla esse potest in rebus humanis naturalis procreatio sine calore, ea causa fuit cur fides in nuptiis accenderentur, quibus præesse putabatur Vulcanus. Effectum est præterea ut qui currebant in Lampadophoriis extinctis facibus cessarent à cursu, quia cum cessauit calor, rerum omnium vita extinguatur, & cessat. At quod si posterior priorem cursu superasset, ille prioris accensam lampada caperet, id ad successionem rerum omnium, vicissitudinæque ostendendas fictum fuit. Neque mirum est si cum elementa & sidera pro diis sint culta, hic quoque tanquam Deus cultus fuit, quippe cum idem esse Sol, Luna, æther, astra, ignisque putaretur, ut diximus. Fulmina dicuntur à Vulcano toni fieri solita, qui ignis est in sublime elatus, qui ubi à circumstante frigore comprimitur, vi erumpit, cuius famuli sunt *ῥαγνῆ*, *ῥαγνῆ* sive *ῥαγνῆ* sive *ῥαγνῆ* sive Brontes, Steropes, Pyracmon, nam *ῥαγνῆ* tonitrum significat, *ῥαγνῆ* fulgur, *ῥαγνῆ* ignem multum,

multum, sic enim nomina ipsa rem perse significant. Hic Igitur ignis cū sit  
impurus, vapore qui adhuc in materia, deorsum à Ioue repellitur cum incre-  
dibili impetu, quæ est fulminū natura. Nā neq; lapis, neq; ferrū neq; solidum  
aliquid corpus, meo quidem iudicio, putandum est fulmen, cuius tot tergi-  
gestionēs, tantamque vim, & tam mirabilem videmus. Sed via crassioris  
ignis frigore & antiperistali magno cū ipetu disrupta, & deorsum impellatur.  
Eam Vulcanum Mineruā, quæ purissima est pars ætheris, & qua nulla nascū-  
tur animalia, cum perpetuam obtinuerit virginitatem, amore sui caputem re-  
pellit, qui semen in terram effundit, ac inde monstrum nascitur. quid hoc  
est portenti Dii boni? quod monstrum ita horrendum? Natura illa æthe-  
ris superioris ad inferiora vsq; corpora ita pura non descendit, sed calor ille  
qui generationem adiuuat impurus est, & in materia crassa commistus, qua-  
re semen Vulcani in terram decidens multiplicia gignit animalia, quæ res  
per variam Erichthonii formam indicatur, turbulentus enim ignis & in ma-  
teria commistus vbique Vulcanus est intelligendus; qui aptus est rerum ge-  
nerationi. Hic formauit Pandoram, omnium Deorum donum, vt nomen ip-  
sum significat, quoniam hic calor & Cereræ, & Bacchi, & Palladis, & aliorum  
creditorum Deorum inuentiones adiuuat. Hanc omnes artes edocuit, quo-  
niam in quibus vis est ignea, quorumq; sanguis subtilior est, & rarius cor-  
pus, illi plurimum valent ingenio & prudentia. Hic idem obscuris omnino  
rebus, & quæ videri non possent, Martem bellorum Deum cum Venere  
implicauit, & nudos omnibus Diis ridendos exposuit: quod quidem si ad ra-  
tiones astronomicas transferatur, nihil aliud significat quàm Martis & Ve-  
neris planetarum cōgressu adulterorum fieri ortus, sed si sol propius acces-  
serit, minime latebunt adulteria. Quamobrem dictus est Sol Veneris adulte-  
rium patefecisse, vt ait Plutarchus in libello de audiendis poetis. Homerus  
per hanc fabulam videtur homines ad æquitatem adhortari, & ad integrita-  
tem vitæ, & ad innocentiam, cum facile Dii viam inueniant, qua in scelera-  
tos quamuis fortissimos & potentissimos homines animaduertant, ita enim  
scribit;

10

30

39

ὅτι δὲ πρὸς κενὸν ἔρριψεν, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ  
καὶ οὐκ ἔστιν ὅπως τοῦτο βλάψῃς ἄλλοις ἄνθρωποις  
ὡς ἀνθρώπων, ὅτι τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ὅπως  
χρὴς τὸν οὐρανὸν, καὶ οὐκ ἔστιν ὅπως ἔσθλ' ἔσθλ'.

Si quid turpe facis, lento pede magna Deorum  
Ira capit celerem. Sic nunc Vulcanus iniquum  
Retibus implicuit Martem, tardissimus alter  
Sic quamuis, superiorum ac velocissimus alter

Quis enim vir malus, & iniqua faciens, diu felix esse poterit? non amplius  
diuitiarum, non amicorum stipantium frequentia, non nobilitas gene-  
ris, non vitium & imperii magnitudo, non armatorum numerus, possunt vi-  
rum nefarium meritis suppliciiis & vindictæ Dei demum surripere. Nā so-  
la est innocentia, vitæque integritas, quæ nullam vel à Diis vel ab homini-  
bus vindictam expectat, quæque vbique tuta & tranquilla est. Nec me præ-  
terit illorum, qui torquendis metallis per ignem student, esse opiniones  
nonnullas, quas suis vasculis accommodare conantur. Dicunt enim  
Vulcanum ob deformitatem deiectum de cælo fuisse, nihil aliud esse, quàm  
aut sulphur, aut argētū cursitans; quod nihil, nisi suæ naturæ, in se recipit, sed

40

N ab

## Mythologiæ.

ab omnibus separatur. Modo Mineruam dicunt amari à Vulcano, quia existimant sulphur id & ferrum amare aquam Mercurialem : quam nominant Mineruam: qui cum simul sint, in putrefactione separantur, cum diuersas naturas sint sortiti, quare dicta fuit Minerva fugere Vulcanum. Et ne persequar huiusmodi ineptias, quas tormenta & calamitates multorum locutorum fuisse certò scio, multorumque etiam in posterum futuras, multi ad has suas inuentiones antiquorum fabulas detorquere conati sunt. *q*uam autem vanam esse artem chemicam putemus, & quid de arte illa sentiamus; ita in epistola quadam aliquando expressimus, quam aduersus fuliginosas chemicorum fallacias scripsimus, & ad ampliss. Antistitem, summæque probitatis atque integritatis virum Antonium Ianotum Foruicensem Episcopum misimus; è qua nonnulla hic ascribenda putauimus.

10

Ara fallax, inuisa bonis, dulcedine capto:  
Iucundè vt perimis. dementibus improba firen.  
Naturam superare putas te posse per ignem?  
Stulta. quid insanis? te longis passibus illa  
Deserit ac tandem nil perficis: illa colorum  
Te fallit, rerum te ludit mille figuris.

20

Sic fertur Proteus se in multas vertere formas,  
Cum fieret serpens dirus, cumque vnda, vel ignis.  
Vris opes, properans quas fumus portat in auras.  
Inde ardens miseris torquet præcordia virus,  
Exitialis amorque auri, læuique dolores  
Quos semel insanæ fallacia cepit artis.

30

Occupat hæc nulli misero vesania mentem,  
Ni pro peccatis hominum sator atque Deorum  
Supplicia, ingentesque paret mox sumere pœnas.  
Mendici fiunt. Semper caligine barba  
Squallet, & immodico turpantur pallia fumo.  
Et noua quærentes semper mendacia iactant,  
Defecisse sibi vires, ubi noua reperta est  
Mercurium ratio qua possint fillere in aurum.  
Ad notos homines inde hæc contagia serpunt.  
Si quenquam arripiant, qui stultas præbeat aures,  
Non prius effugiet, quam sit expertus tandem  
Fortunam, scopuloque ratem confregerit vno.

40

Neque satis validam rationem illam vnquam fore putavi, qua nonnulli artifices suam artem confirmare conantur, quòd scribitur à Suida in hanc sententiam, artem illam aliquando apud Aegyptios floruisse; Chemia argenti aurique præparatio est, cuius libros aliquando conquiritens Dioeletianus cremauit propter illa quæ aduersus ipsum Aegyptii innouarunt. Hos enim crudeliter trucidauit, ac libros de chemia auri & argenti ab antiquis conscriptos inquitens igni absumpsit; ne Aegyptii ex arte illa diuitias compararent, atque opum abundantia freti arma mouere Romanis auderent in posterum. Neque enim lex est diuina quidquid à Suida dicitur, & multa fabulosa de sapientia Aegyptiorum circumferuntur. At nunc de Marte dicamus.

De